



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Cap. 36. De susceptricibus, & earum osculo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)

genſis Archiepiſcopo conſcriptum, & ſacri aliarum regionum codices oſtendunt. Id autem quo modo, tempore, & loco fieret, quia baptizandorum nomini ſimile eſt, ad eam tractationem integrum reſeruabo. Nunc de ſuſceptricibus diſſeramus.

De ſuſceptricibus, & earum oſculo.

C A P. XXVI.

Suſceptricis mentio, ſicut & ſuſceptoris, apud antiquos Patres frequentiffima eſt: cuius nominibus, origini, cognationi, numero, ac ceteris eiufmodi ſuperſedeo, quod, quæ de ſuſceptore ſupra attulimus, eadem & de ſuſceptrice intelligi poſſunt. Quare illud huic capiti attextuiſſe, ſatis fuerit, quod recuſanti, ac nolenti calamo excuſſum eſt: moris fuiſſe apud veteres, cum vir, & fœmina ad ſuſcipiendum admittebantur, vt ſuſceptor ſuſceptrici oſculum infigeret. Ex qua conſuetudine ſcriptum eſt à Gratiano 3. p. decret. de confecrat. diſt. 4. cap. 104. *monachi ſibi compa-*
tres, commatresve non faciant, nec oſculentur fœmi-
nas: hoc eſt, nec vna cum fœminis de ſacro
fonte ſuſcipiant. Proinde gloſſa in eum locum
inquit: forte tangit conſuetudinem alicuius loci, vbi
compares oſculabantur commatres. Cuius ego vt
expoſitionem partim amplectar, dubita-

Suſceptor
ſuſceptrici
oſculum
infigebat.

Cur ſuſce-
ptores ſu-
ſceptricib.
oſculum
darent,

○ iiij

tionem tamen, & circumscriptionem non
mitto. Nam credere fas est, vbiq; eam cu
suetudinem viguisse; vt signum esset, sulco
torem cum susceptrice spiritali affinitate

Osculi ori- uinciri. Cuius rei fundamentum à Gentili-
go à Genti- Hebræorumque moribus ductum est, que
lium, & Hebræorū propinquos, & affines osculari solitos, in
moribus. cum de baptizatorum osculo dicitur, plu-
Veteres tā bus locis significabimus. Nunc autem ea co-
Gentiles, suetudo penitus abrogata est: tum quia sp-
quam He- tualis affinitas inter omnes constat, vt eam
bræi cogna ternis signis declarare, necesse non sit: tū qu-
tis oscula providere oportuit, ne huiusmodi caeremon-
infigebant adhibeantur, quæ perditis, ac nefariis hom-
Oculi con nibus peccati, aut offensionis materiam ad-
suetudo ab- re possint.
rogata, & re possint.
quar.

De testibus.

CAP. XXXVII.

Testes in
baptismo
adhibeban-
tur.
ad Tim. 6.

EXtremum huius libri testes habebunt
quos in baptismo adhibendos esse. Eccle-
sia, Apostoli auctoritate confirmata, certum
& exploratum semper habuit: ita enim ille
Timotheum scribit: *confessus es bonam confes-
sionem coram multis testibus.* Nam, quod inquit,
confessus es bonam confessionem, nemini dubium esse
debet, ad baptismum referendum esse: in quo
scilicet solennem fidei professionem edere so-
lemus. Atque hanc esse eorum verborum pro-